Vrom Caudecop.

28
22

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Vir nobiliss.

Ecce libri, quem sub manibus habeo, indicem singulis capitibus respondentem. Ordinem et connexionem materiae, ex argumentorum continua propositione, inspice; et si quid additum, demptum, aut mutatum velis, significa. Hactenus partim in tumultu, partim in luctu vixi; parum ad opusculi augmentum praestare potui: Interim tamen cantiones ad praelum destinavi.

Ex occasione gratissimum erit versus Anglicos videre, cum tua translatione Belgica: Vix apud me erunt, quin statim aliquid tentabo. Habeo de modo et usu septem notarum, aut potius syllabarum, ut re. mi. fa. sol. la. ci, aliquid quod percunctor te: sed in aliud tempus differam, cum intellexero te in aestivis meliori otio potiri. Interim omnia felicia precor: et ut me solito amore prosequare animitus rogo. vale. Harlemi VI Kal. Junias. CIↃ.IↃC.XLII.

Tuus servus

Jo. Alb. Bannius

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3003

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3003

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3003

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3003